Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ululabo: vadam spoliatus et nudus.
faciam planctum velut draconum.
et luctum quasi strutionum: Quia despe
rata est plaga eius. quia venit us
que ad iudam. tetigit portam populi
mei usque ad ierusalem. In geth nolite
annuntiare: lacrimis ne ploretis. In
domo pulveris pulvere vos conspergite:
et transite vobis habitatio pulchra.
confusa ignominia. Non est egressa
que habitat in exitu. Planctum domus
vicina accipiet ex vobis. que stetit
sibimet: quia infirmata est in bo
num. que habitat in amaritudini
bus: quia descendit malum a domino.
in portam ierusalem. Tumultus quadri
ge stuporis habitanti lachis: princi
pium peccati est filie syon. quia inve
nienta sunt scelera israel. Propterea
dabis emissarios super hereditatem
geth: domos mendacii in deceptionem
regibus israel. Adhuc heredem adducam
tibi. que habitas in maresa: usque ad
odollam veniet gloria israel. Decal
vare et tondere super filios deliciarum tu
arum: dilata calvitium tuum sicut aquila.
quoniam captivi ducti sunt ex te. II.

Capitulum.

Ve qui cogitatis
inutile: et operamini ma
lum in cubilibus vestris. In
luce matutina faciunt illud: quia
contra deum est manus eorum. Et concu
pierunt agros et violenter tulerunt: et
domos. et rapuerunt. et calumpnia
bantur virum. et domum eius. vi
rum et hereditatem eius. Ideirco hec
dicit dominus. Ecce ego cogito super
familiam istam malum. unde non
auferetis colla vestra: et non ambulabitis
superbi. quoniam tempus pessimum est. In die
illa sumetur super vos parabola: et
cantabitur canticum cum suavitate di
centium. Depopulatione vastati sumus: pars
populi mei commutata est. Quomodo
recedet a me cum revertatur qui regi
ones nostras dividat: Propter hoc non erit
tibi mittens funiculum sortis in cetu
domini. Ne loquamini loquentes. non stil
labit super istos: non comprehendet confu
sio. dicit domus iacob. Numquid ab
breviatus est spiritus domini. aut tales sunt
cogitationes eius: Nonne verba me
a bona. bona sunt cum eo qui recte
graditur: Et e contrario populus meus in ad
versarium consurrexit. Desuper tunicam
pallium tulistis: et eos qui simpliciter
transibant convertistis in bellum. Mu
lieres populi mei eiecistis de domo de
domo deliciarum suarum: a parvulis earum
tulistis laudem meam in perpetuum.
Surgite et ite: quia non habetis hic
requiem. propter inmunditiam eius
corrumpetur putredine pessima. Uti
nam non essem vir habens spiritum: et
mendacium loquerer. Stillabo tibi in vinum
et in ebrietatem: et erit super quem stilla
tur populus iste. Congregatione congre
gabo iacob. totum te: in unum condu
cam reliquias israel pariter. Ponam
illum quasi gregem in ovili: quasi pecus in
medio caularum. Tumultuabuntur a
multitudine hominum. Ascendet enim
pandens iter ante eos: divident et
transibunt portam. et egredientur per eam.
et transibit rex eorum coram eis: et dominus
in capite eorum. Capitulum. III.

Et dixit. Audite principes
iacob. et duces domus israel.
Numquid non vestrum est scire iudi
tium. qui odio habetis bonum. et diligi
tis malum: Qui violenter tollitis
pelles eorum desuper eis: et carnem eorum
desuper ossibus eorum. Qui comederunt
carnem populi mei. et pellem eorum de